Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Date magnificentiam deo nro deus ma
opera eius et omnis viae eius iudicia.
℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas
Oremus. iustus et sanctus dns.
Qui nobis per pharaonis
ora precepisti tympana relinqui
re. atque adtinia festinare. da
famulis tuis. ut quae tua iussa
cognoverint impleare. celestium
spiraculorum valeam. Per. Lectio xij.
Habuchodonosor rex fecit
statuam auream altitudine
cubitorum sexaginta latitudine cubitorum sex. et statuit
eam in campo dura in provincie
babilonis. Itaque rex nabucho
donosor misit ad congregan
das satrapas magistratus et iu
dices. duces et tyrannos et pre
fectos. omnes quoque principes re
gionum: ut convenirent ad dedi
cationem statue quam erexerat
nabuchodonosor rex. Tunc
congregate sunt satrape magis
tratus et iudices duces et tyran
ni et optimates qui erant in
potestate constituti et universi
principes regionum: ut convenirent ad dedicationem statue quam
erexerat nabuchodonosor rex.
Stabant autem in conspectu sta
tue quam posuerat nabuchodo
nosor rex. et praeclamabat va
lenter. Vobis dicitur populis et tribus:
et linguis in hora qua audie
ritis sonum tube et fistule. cytha
re et sambuce et psalterii et sym
phonie et universi generis musi
corum. cadentes adorate statuam
auream quam constituit nabucho
donosor rex. Siquis autem non
prostratus adoraverit eadem hora
mittetur ad fornacem ignis ardentis. Post hec igitur statim ut
audierunt omnes populi sonitum tu
be et fistule et cythare et sam
buce et psalterii et symphonie
et omnis generis musicorum cadentes omnes populi et tribus et lingue adoraverunt statuam auream quam
constituerat nabuchodono
sor rex. Statimque in ipso tempore ac
cedentes viri caldei accusaverunt
iudeos. Dixerunteque nabuchodo
nosor regi. Rex in eternum vive. Tu
rex posuisti decretum. ut omnis ho
qui audierit sonitum tube fistu
le cythare sambuce psalterii
et symphonie et universi gens
musicorum prosternat se adoret
statuam auream. Siquis autem non
prosternens adoraverit mittetur in for
nacem ignis ardentis. Sunt ergo
viri iudei quos constituisti su
per opera regionis babilonis sy
drach misach et abdenago in
risti contemserunt rex decretum
tuum. deos tuos non colunt. et
statuam auream quam erexisti non
adorant. Tunc nabuchodono
sor rex in furore et ira precepit ut
adducerentur sydrach misach et
abdenago. Qui confestim ad
ducti sunt in conspectu regis
pronunciansque nabuchodono
sor rex ait eis. Vere ne sydrach
misach et abdenago deos meos non colitis et statuam auream quam constituo non adoratis.